

Tropolog. S. Gregor., Isychius et Radulphus per orem, furtivum, columbam, varios poenitentiae modos accipiunt. Si *pecus*, aiunt, offerre, id est poenitere in carnis afflictione nequeas, da furtivum, id est, contritionem et gemitum, quod non possis digna satisfactione peccatum obtinere; da *duos pullos columbarum*, id est, consecra mentem tuam contemplationi, et caelesti conversationi, ac plenissimè te Deo trade: retorque caput ut collo hareat; quia qui vitam in deliciis egit, si morte vicina et ætate fessè vanitatem studiorum suorum intelligit, si jam scit plangere quod vitam perdidit, caput à corpore secerat, mentis scilicet intentionem à procurandis carnis voluptatibus arerit: nec tamen caput ipsum peccatis abrumpendum est; quia cura que carnis desideria negatur, sustentandis necessitatibus debetur, inquit Radulph.

Paulo aliter hæc accommodat S. Gregor. l. 32 Moral. 2: Juramentum, ait, proferre, est nos voto divinis servitibus alligare; et cum bona opera promittimus, nos bene facere spontemus; cum vero absentiam cruciatumque carnis nostræ rotemus, malè ad præsens nos nobis facere juramus; sed quia nullus quantumlibet devotus est, qui inter ipsa pia vota non peccet, pro peccato agnam, id est, activè vite innocentiam, offerat, aut capram que in rupibus pascitur, id est, ad pastum contemplationis se accingat. Si hæc non possit, det duos turtures, vel duos pullos columbarum, id est, duplicem poenitentiam gemitum, quia scilicet et recta non fecit, et prava operatus est.

VERS. 11. — QUOD SI NON QUIVERIT MANUS EUS OFFERRE TURTURES, etc., OFFERET PRO PECCATO SUO SIMILEM PARTEM EPHI DECIMAM. Decima ephi est gomor, que erat mensura quotidiani victus et manna, ut dixi Exodi 16, v. ult. Hæc omnia ad omnes precedentes hoc capite casus pertinent, uti superius dixi.

Allegor. Christus est decima ephi, seu trium modiorum: quia Christus habet in se SS. Trinitatis plenitudinem, sed ut decima, quia humanitas multo minor et inferior est deitate. Rursum ut decima, quia Christus perfectissimè decalogum adimplevit, inquit Isychius.

Tropologicè, Radulph. per decimam ephi accipit integrum peccatorum confessionem: denarius enim est numerus plenus et perfectus.

NON MITTET IN EAM OLEUM, quod de more ex lege Levit. 2, v. 1, in mincha, id est, sacrificium simile, immitti solet. Vetatur ergo hic oleum in sacrificio pro peccato: cuius sanctionis, uti et aliorum ceremoniarum causa prima fuit, voluntas et electio Dei. Secunda causa mystica fuit, ut scilicet significaretur peccatorum expertem esse latine et lucis: oleum enim lætitiæ et lucis est symbolum. Ita Theod., Procop. et Cyrill. l. 15 de Adoratione in spiritu; nam, ut ait Cyprian. ser. 3 de lapsis: *Hæc sunt peccata lapsi, quod grandis fragilis, quod turbidum sedata arboribus, quod armentis pestilens vastitas, quod navigis sæva tempestas.* Et S. Martialis ep. ad Burdegal.: *Peccata, ait, sunt spine, que per multas amaritudines, invidias*

*et dolositates, non solum gaudium et oleum Spiritus S in vobis dominari.* Aliter Isychius et Radulph.: *Peccator, ait, non debet se melleere oleo; id est, non debet presumere de peccati veniâ et indulgentiâ, sed anxari et timere ne fortè eam non assuetur.*

Nec THURS ALIQUID IMPOST, quia pro peccato est. Thus hic vetatur in victimis pro peccato, ut per hoc designetur peccatum non veniè ut thus, sed pessimè olere, et esse abominabile coram Deo. Ita S. Cyrillus l. 15 de Adoratione, Procop. et Theodor. Secundo, deest hic thus, id est, oratio, quia, ut inquit Radulph.: *Peccator liberè fronte veniorem petere non debet cum dignam non exhibeat satisfactionem: potat, quasi non petendo: speret, sed quasi desperando, dum et se indignum veniâ conficitur, et tamen solè Dei misericordiâ fieri posse credit, ut salvetur. Unde Ecclesia orans Deum non docet, ut dimittat quæ conscientia metuit, et adjuvat quæ oratio non presumat.* Et Isychius: *Thus, ait, hic non apponitur, quia nescit peccator utrum bona odoris sit ejus oratio, quam frequenter parvarietus es. Unde Joel e. 2: Convertimini, ait, ad Dominum, quia benignus est; quis scit si convertatur et ignoscatur, et relinquit post se benedictionem?*

VERS. 12. — IS MONUMENTUM EUS QUI OBTULERIT. U scilicet Deus recordetur offerentis. Vide dicta cap. 2, vers. 2.

VERS. 15. — ROGANS ET EXPANS, rogans ut remittatur ei, patet ex Hebræo.

RELIQUAM VERO PARTEM (ex similè oblatâ pro peccato) IPSE (sacerdos offerens) HABEBIT IN MUNERE. Hebr. *Sicut munus*, quo scilicet eum vult remunerari Deus, pro labore et ministerio tabernaculi: *mincha* enim Hebr. subinde quamvis oblationem, et quodvis donum significat. Septuag. vertunt: *Reliquum erit sacerdoti, sicut sacrificium simile*, quod scilicet ex lege ei credere debet, de quo e. 6, v. 16.

VERS. 15. — ANIMA SI PREVARICANS CEREMONIAS PER ERROREM. Nam si scilicet ex parvarietate esset, non expulsetur per sacrificium arietis quod hic prescribitur, sed morte puniretur, ut patet Numer. 15, 3. Unde v. 18 hic dicitur: *Orabit pro eo, quia nesciens fecit.* Pari modo gentium hæc erat sententia: *Sacrum, sacrove commendatum qui eleperit rasperite, parvitiâ esto, uti refert Cicero l. 2 de Legibus.*

IN HIS QUE DOMINO SUNT SANCTIFICATA, v. g., si laicus comedat de carnibus Deo immolatis, ut dicitur, c. 22, v. 14.

OFFERET PRO DELICTO SCO ARIETEM, qui EMI POTEST BUODUS SICLUS. Hebr. *juxta estimationem*, vel *pretium argenti siclorum*, puta minimum duorum. Ita Vatabl. Adde, verisimile esse, in Hebræo non legendum esse in plurali *secalim*, id est, siclorum, sed in duali *secalain*, id est, duorum siclorum. Siclus continebat 4 regales Hispanicos; duo ergo sicut argentei faciebant 8 regales Hispanicos, id est, duos florenos Brabanticos. Radulphus asserit Septuag. vertisse arietem pretii 50 siclorum, idque ad mysterium, inquit, ut scilicet significaretur confessionem fidei quam siclus significat, quæ aries, id est, Christus, acquiritur per

quingagesimam, id est, Spiritum S. in pentecoste effusum, hominibus dari. Verùm Græca, Regia et Romana carent jam omni numero; et certum est eò 50 irrepsisse: nil enim tale habent Hebræa, Chald. et Latina: et constat 50 siclis non arietem, sed bovem tunc emi solitum. Aries enim duobus siclis emi poterat, ut dicitur hoc versu.

JEXTA PONDUS SANCTIARI, id est, justè ponderis, ut siclo qui in sanctuario asservatur, tanquam justissimi ponderis, æquiperderet, uti dixi Exodi 30, 24; et patet Levit. ult. v. 25, ubi dicitur: *Omnis estimatio siclo sanctuarii ponderabitur.*

VERS. 16. — IPSUMQUE QUOD INTULIT DAMNI RESTITUIT, ET QUINTAM PARTEM PONET SUPRA. Ut scilicet hæc quinta pars præaddita, sit in compensationem injuriæ, quam præter damnum irrogavit Domino, ejusque sacris. Hinc patet, si quis per errorem usurpasset res sanctificatas et oblatas Deo, puta carnem vel adipem, qui soli Deo in victimâ cedebat, hic debet primò offerre arietem in sacrificium. Secundo, restituere rem usurpatam, et insuper quintam, ut, v. g., si quinque usurpasset, restitueret sex: Deus enim hic privata personæ vicem subit; hæc enim sanctificata Deo specialiter, quasi privata personæ erant propria, erantque quasi pecuniam Dei. Unde restitutio eorumdem eidem erat debita. Hæc ergo prescribitur hic, additâ insuper mulctæ loco quintâ parte.

Nota. Hæc restitutio faciendâ erat in pecuniâ, quæ cedebat sacerdotibus (hî enim Dei vicem in terrâ gerunt), idque insinuat hic; nam aliqui qui hî holocausti partem per errorem comedissent, debuissent integrum animal restituere, quod Deo offerretur in holocaustum; nec enim pars animalis offerri poterat in holocaustum, sed totum animal: ergo ne totum animal restituere cogentur, partis usurpate pretium persolvebant sacerdoti. Ita Abul. Græcè pro *quintam partem*, est *extempore*, quod nos, ait Orig., *possumus dicere super quintas, nisi diceretur istud specialis cuiusdam numeri apud illos esse vocabulum, quo indicaretur pro quinque alios quinque dandos, et unum super, ut, verbi gratiâ, intelligatur qui, furatus sit vel usurpatis in necessitate quinque nummos de sanctis, ipsos quinque*

## CAPUT VI.

1. Locutus est Dominus ad Moysen, dicens:

2. Anima que peccaverit, et contempto Domino, negaverit proximo suo depositum quod fidei ejus creditum fuerat, vel vi aliquid extorserit aut calumniam fecerit,

3. Sive rem perditam invenerit, et inficians insuper pejeraverit, et quodlibet aliud ex pluribus fecerit, in quibus solent peccare homines,

4. Convicta delicti, reddet

5. Omnia que per fraudem voluit obtinere, integra, et quintam insuper partem domino cui damnum intulerat.

6. Pro peccato autem suo offeret arietem immacu-

*restituere, et insuper alios quinque, uno etiam super addito. Verùm meliùs eò extempore, exponas juxta Hebr. Chald. et Latine, que habent quintam partem; loquitur enim Moses de penâ non furii, de quo Exodi 25, v. 1, est Moses sanctificatorum.*

VERS. 17. — ANIMA SI PECCAVERIT PER IGNORANTIAM, FECERITQUE UNUM EX HIS QUE DOMINI LEGE PROHIBENTUR, omitendo in sacris ceremoniam aliquam nulli damnosam: de hoc enim casu hic agi patet ex eo quod subditur, *Deliquit in Dominum*; et ex eo quod peccans juxta mensuram peccati jubetur arietem majoris, vel minoris pretii offerre. Ita Cajetan. Hæc ergo lex distinguitur à præced. v. 15, quod illa agat de sanctificatis sive oblatas Deo; hæc agat de ipsis sacris et ceremoniis. Distinguitur etiam ab illâ c. 4, vers. 27, quia illa generalis est, agitur de quibuslibet peccatis contra præcepta Dei commissis: hæc verò specialis est.

VERS. 18. — JEXTA MENSURAM ESTIMATIONEMQUE PECCATI, q. d.: Pro majori peccato meliorem et pretiosorem offeret arietem; pro minori verò minorem et vilioris pretii. Alter Abulens., q. d.: Tantus erit valor istius arietis qui offeritur, quanta fuit æstimatio, vel mensura posita in arietem pro peccato, id est, duorum siclorum. Sed non advertit Abul. ubi pretium duorum siclorum constituitur, non addi, *juxta mensuram estimationemque peccati*: quia jam per legem certum pretium definitur; hic verò, ubi dicit: *Juxta mensuram estimationemque peccati*, non constituit, nec definit pretium duorum siclorum, sed illud arbitrio et æstimationi sacerdotis relinquit, ut ipse pro majori peccato arietem pretii arietem, pro minori minoris pretii injungat. Ita Ribera. Unde debet esse, *juxta estimationem tuam, scilicet, ô Moses, et consequenter tuam, ô Aaron et Sacerdos*: hæc enim sacra spectant ad Moysen, quatenus ipse erat princeps sacrorum et sacerdos. Unde in iis Aaron et sacerdotis ei successerunt.

ORABIT PRO EO, quia nesciens fecerit, q. d.: Orabit pro eo, dicens: Parce, Domine, huic, qui deliquit in adhibendis ceremoniis à te præscriptis, quia nesciens id fecit.

## CHAPITRE VI.

1. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit:

2. L'homme qui aura péché, en méprisant le Seigneur, et refusant de rendre à son prochain ce qui avait été commis à sa bonne foi, ou qui aura par violence ravi quelque chose, ou qui l'aura usurpé par fraude ou par tromperie;

3. Ou qui ayant trouvé une chose qui était perdue, le nie, et y ajoute encore un faux serment, ou qui aura fait quelque autre faute de toutes celles de cette nature que les hommes ont coutume de commettre;

4. Cet homme, dis-je, étant convaincu de son péché, par les remords de sa conscience,

5. Rendra en son entier tout ce qu'il a voulu usurper injustement: il donnera de plus une cinquième partie de sa valeur à celui qui en était le possesseur légitime, à qui il avait voulu faire tort, comme pour le dédommager, et pour réparer l'injure qu'il lui a faite.

6. Et il offrira pour son péché un bœuf sans tache, pris du troupeau, qu'il donnera au prêtre; et ce bœuf

latum de grege, et dabit cum sacerdoti, juxta æstimationem mensuramque delicti :

7. Qui rogabit pro eo coram Domino, et dimittetur illi pro singulis que faciundo peccavit.

8. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

9. Præcipe Aaron et filiis ejus : Hæc est lex holocausti : cremabitur in altari tota nocte usque mane : ignis ex eodem altari erit.

10. Vestietur tunica sacerdos et feminalibus lineis : tolletque cineres quos vorans ignis exussit, et ponens juxta altare.

11. Spoliabitur prioribus vestimentis, indutusque alius, offerret eos extra castra, et in loco mundissimo usque ad favillam consumi faciet.

12. Ignis autem in altari semper ardebit, quem nutrit sacerdos subjiciens ligna mane per singulos dies, et imposito holocausto, desuper adolebit adipem pacificorum.

13. Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet in altari.

14. Hæc est lex sacrificii et libamentorum, que offerret filii Aaron coram Domino, et coram altari.

15. Tollit sacerdos pugillum simile, que conspersa est oleo, et totum thus, quod super similan positum est : adolebitque illud in altari, in monumentum odoris suavissimi Domino :

16. Reliquam autem partem simile comedit Aaron cum filiis suis, absque fermento ; et comedit in loco sancto atrii tabernaculi.

17. Ideo autem non fermentabitur, quia pars ejus in Domini offertur incensum, Sanctum sanctorum erit, sicut pro peccato atque delicto,

18. Mares tantum stirpis Aaron comedent illud. Legitimum ac sempiternum erit in generationibus vestris de sacrificiis Domini : omnis qui tetigerit illa, sanctificabitur.

19. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

20. Hæc est oblatio Aaron et filiorum ejus, quam offerre debent Domino in die unctionis sue. Decimam partem ephi offerent simila in sacrificio sempiterno, medium ejus mane, et medium vespere :

21. Que in sartagine oleo conspersa friget. Offeret autem eam calidam, in odorem suavissimum Domino,

22. Sacerdos qui jure patri successerit, et tota cremabitur in altari.

23. Omne enim sacrificium sacerdotum igne consumetur, nec quisquam comedit ex eo.

24. Locutus est autem Dominus ad Moysen, dicens :

25. Loquere Aaron et filiis ejus : Ista est lex hostie pro peccato : In loco ubi offertur holocaustum, immolabitur coram Domino. Sanctum sanctorum est.

26. Sacerdos qui offert, comedit eam in loco sancto, in atrio tabernaculi.

27. Quidquid tetigerit carnes ejus, sanctificabitur. Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa, lavabitur in loco sancto.

28. Vas autem fictile, in quo cocta est, confringetur :

sera plus ou moins cher, selon l'estimation et la qualité de la faute :

7. Le prêtre priera pour lui devant le Seigneur ; et tout le mal qu'il a fait en péchant lui sera pardonné.

8. Le Seigneur parla encore à Moïse et lui dit :

9. Ordonnez ceci à Aaron et à ses fils : Voici quelle est la loi de l'holocauste du soir : il brûlera sur l'autel toute la nuit jusqu'au matin : le feu qui le consumera sera pris de l'autel même.

10. Le prêtre étant vêtu de sa tunique, pardessus le vêtement de lin qui lui couvre les reins, prendra les cendres qui resteront, après que le feu aura tout consumé ; et les mettra près de l'autel.

11. Il quittera ces premiers vêtements de cérémonie, en prendra d'autres communs, portera les cendres hors du camp, et achèvera de les faire entièrement consumer dans un lieu très-net.

12. Le feu brûlera toujours sur l'autel, et le prêtre aura soin de l'entretenir, en y mettant le matin de chaque jour du bois, sur lequel ayant posé l'holocauste du matin, il fera brûler par-dessus la graisse des hosties pacifiques.

13. C'est là le feu qui brûlera toujours sur l'autel, sans qu'on le laisse jamais éteindre.

14. Voici la loi du sacrifice et des offrandes de fleur de farine, que les fils d'Aaron offriront devant le Seigneur et devant l'autel.

15. Le prêtre prendra une poignée de la plus pure farine, mêlée avec l'huile, et tout l'encens qu'on aura mis dessus, et le fera brûler sur l'autel, comme un monument d'une odeur très-agréable au Seigneur.

16. Et pour ce qui reste de la plus pure farine, Aaron le mangera sans levain avec ses fils, et il le mangera dans le lieu saint, c'est-à-dire, dans le parvis du tabernacle, et non ailleurs, parce que c'est une oblation sainte et consacrée au Seigneur.

17. On ne mettra point de levain dans cette farine, parce qu'on en prend une partie qu'on offre comme un encens au Seigneur. Ce sera donc une chose très-sainte, comme ce qui s'offre pour le péché ou pour la faute.

18. Il n'y aura que les mâles de la race d'Aaron qui en mangeront. Ce sera là une loi éternelle, touchant les sacrifices du Seigneur, qui passera parmi vous de race en race : que tous ceux qui toucheront à ces choses soient saints et purs, parce qu'elles sont saintes et consacrées au Seigneur.

19. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :

20. Voici l'oblation d'Aaron et de ses fils, qu'ils doivent offrir au Seigneur le jour de leur onction, et qu'ils doivent continuer de lui offrir tous les jours de leur vie : ils offriront pour sacrifice perpétuel, la dixième partie d'un ephi de fleur de farine, la moitié le matin, et l'autre moitié le soir :

21. Elle sera mêlée avec l'huile et se cuira dans la poêle. Le prêtre qui aura succédé légitimement à son père l'offrira toute chaude, pour être d'une odeur très-agréable au Seigneur.

22. Et elle brûlera tout entière sur l'autel.

23. Car tous les sacrifices des prêtres seront consumés par le feu, et personne n'en mangera, pour marquer aux prêtres qu'ils doivent être entièrement à Dieu, et tout consacré à son service.

24. Or le Seigneur parla encore à Moïse et lui dit :

25. Dites ceci à Aaron et à ses fils : Voici la loi de l'holocauste et de l'hostie offerte pour le péché des particuliers d'entre le peuple. Elle sera immolée devant le Seigneur, au lieu où l'holocauste est offert. C'est un : chose très-sainte.

26. Et le prêtre qui l'offre la mangera dans le lieu saint, dans le parvis du tabernacle.

27. Tout ce qui en aura touché la chair sera sanctifié. S'il rejaitill du sang de l'hostie sur un vêtement, il sera lavé dans le lieu saint.

28. Le vaisseau de terre dans lequel elle aura été cuite sera brisé : que si le vaisseau est d'airain, on

quod si vas æneum fuerit, defricabitur et lavabitur aqua.

29. Omnis masculus de genere sacerdotali vescetur de carnibus ejus, quia Sanctum sanctorum est.

30. Hostia enim que creditur pro peccato, ejus sanguis infertur in tabernaculum testimonii ad expiandum in sanctuario, non comedetur, sed comburetur igni.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ANIMA QUE PECCAVIT, ET CONTEMPTO DOMINO NEGAVERIT PROXIMO SVO DEPOSITUM. Et, significat, id est, ut et v. 14 ; et c. 5, 1 ; et Matth. 15, 41, ubi dicitur : Colligent de regno ejus omnia scandala, et (id est) eos qui faciunt iniquitatem. Et Colos. 2, 8 : Vide ne quis vos seducat per philosophiam et inanem fallaciam, q. d. : Non damno veram philosophiam, que nil falsum docet, sed eam que sit captiosa et inanis fallacia, damno erroneam, damno errores philosophorum adversantium veritati.

Nota est contempto Domino, q. d. : Qui falsò negat depositum occultum et secretum, hic peccat in Dominum, qui solus vidit illud deponi, eò quod res ageretur sine testibus. Contemnit enim Domini presentiam, omniscentiam, iudicium et vindictam. Non ergo agitur hic de eo qui formaliter contemnit Dominum, dicendo per superbiam : Nolo obedire Deo ; talis enim occidens erat, juxta legem Num. 15, 50. Vide Abulensis. ibidem cap. 43.

AUT CALUMNIAM FECERIT, puta per calumniam et fraudem aliquem læserit (ita Septuag.) damnum videlicet dando, et bona alterius fraude occupando. Unde Aquila, Symmachus et Theodotion, teste Isychio, verunt, si calumniatus est aliquid.

VERS. 5. — ET QUODLIBET ALIUD. Hebr. additur, ex illis, scilicet quibus solet fieri fraus, aut damnum aliud irrogari proximo, uti fit in omnibus casibus hic enumeratis.

Calvins vult hoc sacrificium, de quo hic loquitur Scriptura, per synecdochen etiam ad alia peccata spontè et scienter admissa extendi : adeoque nullam peccati cuiuspiam expiationem fuisse apud Judæos, nisi per sacrificium, idque ad hoc, ut eà ratione opera satisfactionis elidat et enervet. Unde, ait ipse, refellitur diabolicum figmentum de satisfactionibus, quibus se à Dei iudicio redimi imaginantur papiste. In hunc finem fabricantur opera supererogationis, que meritoria sint ad peccata redimendam : inde et Purgatorium emersit. Verum id falsum esse apertè convincitur, ut alia taceam, ex hæc clausula, que pro similibus injuriis et damnis proximo illatis tantum, hoc sacrificium præcipi apertè docet. Unde pro idololatriâ voluntariâ, divinatione, schismate, cæde parentum, etc., nulla particularum erant indicta sacrificia : similiter pro peccatis internis nullæ hic statuantur victimæ, sed tantum pro externis ; certum tamen est omnia hæc actu contritionis potuisse expiari, ad quem omnes prophete peccatores adhortantur, eis veniam promittentes. Porrò hæc nihil faciunt ad satisfactionem, que pro

le nettoiera avec grand soin, et on le lavera avec de l'eau.

29. Tout mâle de la race sacerdotale mangera de la chair de cette hostie, parce qu'elle est très-sainte.

30. Car, quant à l'hostie qui s'immole pour le péché du prêtre ou pour tout le peuple, dont on porte le sang dans le tabernacle du témoignage, pour faire l'expiation dans le sanctuaire, on n'en mangera point, mais elle sera toute brûlée par le feu.

## COMMENTARIUM.

pena tantum temporalis redimendâ valet ; imò hinc argumentum pro satisfactione retorquetur : Sacramenta illa vetera non valebant ad expiationem culpe per se, sed tantum pena temporalis, ut ostendi c. 1, v. 4 ; ergo valebant per modum satisfactionis. Satisfactionem enim catholici doctores vocant redemptionem pœne temporalis, que manet remissa culpa. Vide Bellarminum et Suarez in illa materia.

VERS. 4. — CONVICTA DELICTI. Hebr. est cum deliquit, sic et Septuag. ; sed delinquere accipiunt ipsi abusivè, pro eo quod est delictum suum agnoscere. Ita Vatabl. Ita et Chald. exponit cap. 5, v. ultimo. Pari abusive delinquere significat delictum expiare, et delictum ipsum passim hic vocatur ipsa hostia delicti expiatrix : sic mundare significat mundum declarare, cap. 15, v. 14, 25 ; 27. Pari modo intellige quod veritè noster, convicta delicti ; scilicet non à testibus, sed à seipso et sua conscientia, quâ pungente akeret delictum istud confitetur. Id clarissè exprimitur Num. 5, 7, ubi idem hic casus repetitur ; nam de occulto peccato hic agi, patet ex eo quod de publico peccato jam egerit, legesque sanxerit Moses toto cap. 22 Exodi, ac nominatim v. 8, ubi fraudator convictus de fraude, jubetur solvere non simplum, uti hic dicitur, sed duplum. Idem patet ex Josepho, qui cum esset sacerdos, optimè hæc scire potuit. Ipsius hæc sunt verba l. 5 Antiq. c. 10 : Qui sciens peccavit nemine conscio, arietem offert, lege ita jubente : ergo is qui sciens peccat, licet occultè, jubetur hic adire sacerdotem, et peccatum illi delegere, ut pro ejus arbitrio aries deligatur, et ipse pro peccatore oret. Sic et Philo : Si quis, ait, mentitus fuerit de societate, aut deposito, aut rapinâ, aut inventionè rei perditæ : deinde ad vitandam suspicionem jurare non recusabit ; et tandem argente se intus conscientia, perjurium suum abnegationemque ipse damnans, confessus fuerit, ac veniam petierit, merebitur delicti oblivionem. Unde videas hic rursùm confessionis sacerdotalis legis novæ typum et figuram, uti et satisfactionis, in eo quod subicitur :

Juxta mensuram æstimationemque delicti, ut scilicet si delictum esset grave, daret offerens arietem meliorem ; sin esset leve, daret viliozem et minoris pretii, pro sacerdotis, cui confitebatur delictum, iudicio et arbitrio, uti ait Josephus : nam verba illa non patiuntur alium sensum nisi torquentur. Vide dicta c. 5, v. 18. Erat ergo sacerdos hic quasi iudex ; peccator erat reus et sui accusator ; aderat ejus satisfactio, aderat et oratio sacerdotis, que erat vice absolutionis. Qui abscondit scelera sua, non dirigitur : qui autem confe-



quebat in loco sancto sive tabernaculo, et induebat vestes suas vulgares.

ET IN LOCO MUNDISSIMO USQUE AD FAVILLAM CONSUMI FACIET, non cineres, sed cineribus mixtas partes lignorum, necdum omnino in cinerem resolutas, et si quæ partes adipis, carnis, vel ossium, igne non omnino consumptæ remanserint, quæ omnia sub cineribus comprehendit hic Moses: hæc enim extra castra iterum comburenda erant, ut nil nisi cineres superesset, in cineres enim meros redigendum erat holocaustum.

Hæc minima etiam à sacris hominibus fieri vult lex, ut ostendat nil eorum quæ ad Dei cultum pertinent, exiguum aestimari debere, inquit S. Cyrill. lib. 12 de Adoratione.

VERS. 12. — ET IMPOSTO HOLOCAUSTO DESUPER, ADOLEBIT ADIPES PACIFICORUM, puta adipem cum renibus, quæ ex hostiâ pacificâ jussit Deus sibi offerri et cremari, cap. 5, vers. 5. Sensus ergo est: Mane compone stryem lignorum in altari, et impone illi omnes partes stryem lignorum in altari, et impone illi omnes partes pacificæ offerendæ, accipe ex his adipem earum, eosque pone super jure holocaustum, ut simul cum eo crementur. Nolo enim seorsim solum adipem cremari.

VERS. 14. — HÆC EST LEX SACRIFICII ET LIBAMENTORUM. *Sacrificii*, scilicet farrei, non carnis, hebr. enim est *minchâ*, de quo c. 2. Unde noster se explicans subdit: *Et libamentorum*, et hic significat *id est*. Libamenta enim hic vocantur, non à libando, sed à libis et panibus qui ex libamentis, id est, ex similibus et farre conficiuntur vel confici possunt. Unde quæ hic libamenta, versu seq. similia vocat.

VERS. 16. — RELIQUAM AUTEM PARTEM SIMILE COMEDET AARON CUM FILIIS SUI. Intellige, nisi polluti essent et contaminati: hi enim arcebantur sacris tam epulis quam locis, ut patet c. 22, 6.

Nota. Ex *minchâ*, id est, sacrificio farreo, poterant comedere soli masculi, scilicet soli sacerdotes, eorumque filii, ut patet v. 18. Ex hostiâ verò pacificâ pars illa quæ cedebat sacerdoti, poterat comedi ab omnibus qui de familiâ erant sacerdotis, etiam feminis et servis emptiis, non tamen mercenariis, ut patet c. 22, 11. Unde filia sacerdotis, quæ nuperat viro alterius tribus, non poterat eâ vesci, nisi mortuo marito redisset ad domum et familiam patris, ut patet c. 22, 15.

Denique hæc sacre epule comedi debebant in loco sancto, puta in atrio tabernaculi, uti habent hic Hebræa, Græca, Chald. et Latina Romana: malè enim legitur in Plantin. *In loco sanctuarii tabernaculi*.

VERS. 17. — IDEO AUTEM NOX FERMENTABITUR, QUIA PARS EJUS IN DOMINI OFFERTUR INCENSUM, q. d.: Pars similia Deo oblata fermentari non potuit, juxta legem Levitici 2, v. 11; ergo nec decet reliquam ejus partem, quæ sacerdotibus comedenda cedit, fermentari, quia hæc etiam pars est sacrificii Domino oblata, et censetur illi oblata per sui partem seu pugillum, qui Domino incensus est; ideòque SANCTUM SANCTORUM ERIT, id est sanctissimum erit ac separatim à profa-

nis, cedetque solis sacerdotibus; SICUT PRO PECCATO ATQUE DELICTO, q. d.: Sanctissimum erit, sicut sanctissimum est sacrificium pro peccato et pro delicto; hoc enim peccata expiat, et sanctificat offerentes. Gravis hic est difficultas, quomodo distinguatur delictum à peccato, quam resolvam c. 7, v. 1.

VERS. 18. — MARES TANTUM STRIPIS AARON COMEDENT ILLUD. Puta Abulensis. Moses hic loquitur de *minchâ*, sive sacrificio pro peccato, illud enim à solis masculis debuisse comedi. Verum hoc arctius est; Moses enim loquitur in genere de *minchâ*, sicut locutus est de holocausto v. 9; nam de hostiâ pro peccato agit v. 25. Rursùm *minchæ* pro peccato non poterat imponi thus, quod tamen hic *minchæ* imponi jubetur; ergo non agitur hic de *minchâ* pro peccato; quælibet ergo *minchâ*, id est, similia Deo oblata, habebatur admodum sancta, perinde ac sacrificium pro peccato et delicto, ideòque non poterat comedi, nisi à sacerdotibus, eorumque filiis masculis. Ita Cajetanus. Unde *minchâ*, utpote puræ similia sacrificium, purius et sanctius erat hostiâ pacificâ: hæc enim comedi poterat etiam à feminis, et à servis familiæ sacerdotis, uti dixi v. 16.

LEGITIMUM SEMPITERNUM ERIT, quasi dicat: Hæc lex et sanctio erit sempiterna, id est, tandiù durabit quamdiù durabit lex vestra; durabit semper, sive toto tempore legis veteris, donec ei lex nova succedat.

OMNIS QUI TETIGERIT ILLA, SANCTIFICABITUR, id est, sanctificari debet et mundari, ne immundus sacra contingat et fœdet. Futurum ergo hoc accipiendum est imperativè, non indicativè; aliqui enim falsam redderent sententiam, ut patet Aggei 2, 14. Ita Abulensis.

VERS. 20. — HÆC EST OBOLATO AARON ET FILIORUM EJUS, id est, pontificis et minorum sacerdotum: sic sæpè inferiùs Aaron appellativè sumitur pro pontifice quolibet. Nam de Aaronis personâ hæc accipi non possunt, utpote qui jam erat consecratus pontifex, antequàm Leviticus à Deo ditaretur, ut patet c. 8, v. 1. Ita aliqui. Verum nihil prohibet Aaronem hic simpliciter capi pro ipso Aarone, ejusque successoribus; nam valde probabile est in ejus consecratione, non tantùm victimas carnis prescriptas Exodi 29, sed etiam *minchâ* hic prescriptam, fuisse Deo oblata: in omni enim victimâ adhibebatur *minchâ*, ut dixi c. 2. Deinde consecratio Aaronis fuit perfectissima, et exemplar consecrationis aliorum pontificum illi succedentium: ergo hoc *minchâ* aliis adhibitum, multò magis Aaroni adhibitum fuit. Dico ergo hic esse hysterolegiam, atque hæc legem latam esse ante consecrationem Aaronis, et ante Leviticum: hoc tamen loco reponi, quia Moses hoc loco simul pertractare voluit, quid de quolibet hostiâ esset faciendum, an illa cremanda esset an comedenda, ut dixi c. 6, v. 9.

DECIMAM PARTEM EPHI OFFERENT, puta unum gomor simile, quod totum igne comburebatur; nam, ut dicitur v. 25: *Omne sacrificium sacerdotum igne consumetur*, scèis erat in *minchâ* laicorum: in illâ enim tantùm pugillum Deo adolebatur, reliquum verò cedebat sacerdoti, ut dixit Moses v. 15 et 16.

SACRIFICIO SEMPITERNO, quod semper deinceps in consecratione sacerdotum offerri debeat.

VERS. 21 et 22. — OFFERET AUTEM EAM SACERDOS QUI PATRI JURE SUCCESSERIT, puta sacerdotis filius primogenitus, nisi is deformitate aliqua impediende munus pontificum ab eo areat, de qua c. 21, v. 18; tunc enim ejus loco succedebat secundogenitus, et eo deficiente tertio-genitus. Apud Hebræos enim pontificatus ad seniores pontificis filium, sacerdotium ad reliquos ejus filios jure hereditario devolvebatur.

VERS. 22. — TOTA CREMABITUR. Hebr. erit *calil*, id est, holocaustum, ut vertunt Septuag., et ut holocaustum tota cremabitur. Holocaustum ergo fieri hic idem est quod totum cremari; nec enim *minchâ* propriè erat holocaustum: holocaustum enim erat victima, puta animal, *minchâ* verò erat similia.

VERS. 25. — OMNE ENIM SACRIFICIUM SACERDOTUM IGNE CONSUMETUR. *Sacrificium*, scilicet simile, vel farreum; hebr. enim est *minchâ*, nam de victimis suis pacificis potuisse sacerdotis comedere, patet Exodi 29, 28.

VERS. 25. — SANCTUM SANCTORUM EST, quasi dicat: Hostia pro peccato valde sancta est; est enim peccati legalis expiatrix, ac propterea eam immolari volo eodem loco quo holocaustum, scilicet ad septentrionalem plagam altaris holocausti, ac comedi in loco sancto, id est, in atrio tabernaculi: denique sanctio sanctum esse quiddam eam tetigerit. Hinc latine *sanctum* à sanctio venit; sancire enim propriè est consecrare aliquid sub sanguine hostiæ, unde *sanctum* dicitur quasi sanguine consecratum, et *sanctio* propriè vocatur lex quæ suo decreto terrorem pœnæ adjungit; sic sancta erant victimæ pro peccato, quia pro sanguine peccatoris suum sanguinem Deo offerebant.

Mysticè, voluit significare Deus hostiam pro peccato, id est, contritionem et penitentiam (quæ peccator se totum, suamque vitam et sanguinem Deo offert) sacrificium esse sanctissimum, sibi que gratissimum instar holocausti. Ita Isychius.

VERS. 26. — SACERDOS QUI OFFERT COMEDET EAM. Ego hostia pro peccato pertinebat ad solum offerentem, illique soli jure cedebat, ab eoque et filiis ejus masculis comedenda erat: poterat tamen offerens et alios sacerdotes, eorumque filios masculos ad ejus esum advocare, ut patet vers. 29. Et hoc est quod dicitur Osee 4 de sacerdotibus: *Peccata populi mei comedunt; peccata*, id est, *hostias pro peccatis oblatas*, est metonymia; ita Cyrill. Teoph. et Theod. lib; idque ut significaretur muneri sacerdotum esse, ut precibus et oblationibus suis peccata populi deleant, et comedant, id est, consumant. Ita Alexander papa epist. 2, et habetur 1 quest. 1. c. *Ipsi sacerdotes*. Anastas. Nicen. lib. Quest. in Script. sub finem, Ruffin. in Osce 4 Theodor. hic q. 10, hæcque causa effortur c. 10, v. 17.

Averso et contrario sensu hæc accipiunt, et in malos sacerdotes intorquent S. Hieron., Gregor. homil. 17 in Evang., Bernard. ser. 77 in Cantic.: Sa-

#### CAPUT VII.

4. Hæc quoque lex hostiæ pro delicto, Sancta sanctorum est;

*ceriotes*, inquit, *pravi peccata populi comedunt, quia peccata delinquentium fovent, ne temporalia stipendia amittant*. Verùm hoc est præter mentem Scripturæ: sic enim Patres subinde ludunt in verbis Scripturæ, dum ea aliis etiam contrariis rebus accommodant.

VERS. 27. — QUIDQUID TETIGERIT CARNES EJUS, SANCTIFICABITUR. Id est, aliquo modo sanctum habebitur, non possit nisi certâ præmissâ ceremoniâ ad usum profanum rursus converti; ut si vestis erat, debebat lavari priùs: non tamen transfundebat suo contactu similem sibi sanctitatem in res alias quas tangeret, ut patet Aggei 2, v. 15, quia sic processus fuisset in infinitum.

Tropol. Radulph.: *Carnes, ait, hostiæ pro peccato tangerent sanctificant, quia penitentium genitum imitantem emundant*.

SI DE SANGUINE ILLIUS VESTIS FUERIT ASPERSA, LAVABITUR IN LOCO SANCTO, puta in atrio tabernaculi, ut sic lota ad profanos usus redire, et à profanis hominibus indni possit. Abulensis pulchram hic dat regulam: *Si res, ait, sacra, quæ contingebatur, talis erat, at per contactum aliqua ejus pars, humor, vel succus adhereret rei tangerenti, tunc res tangens aliquo modo sanctificabatur, aliàs non*. Verbi gratiâ, si sanguinem hostiæ, si carnes Deo oblatas tangeret, sanctificabatur, non autem si tangeret altare, vasa sacra, aut vestes sanctas.

VERS. 28. — VAS AUTEM FICTILE, IN QUO COCTA EST (hostia pro peccato) CONFRINGETUR, quia vas fictile, cùm sit porosum, faciliè humorem aliquem carnis sanctificatarum imbibit: quare illud confringi jubeo, ne deinceps profanis usibus serviat, itaque caro sancta, vel humor sanctus profanis rebus miscetur indecenter et irreverenter. Aliam causam dat Theodoretus q. 12: *Vasa, inquit, vitiora, utpote, fictilia, contrariè præcipit Deus; alià verò quæ pretiosiora sunt lavari jussit, ut illà vitiorum confectione legem immunditiæ sanciret, doceretque quantum malum sit peccatum, quod hinc hostiâ figuratur*. Hostiâ enim pro peccato, licet sancta sit, tamen, quia pro peccato est, aliquid habet abominabile et adolendum.

QUOD SI VAS ANEUM FUERIT, vel metallinum, à quo omnis caro sancta defricari possit, et effundi in locum mundum, DEFRICABITUR.

VERS. 29. — OMNIS MASculus DE GENERE SACERDOTALI VESCETUR DE CARNEBUS EJUS. Hostia ergo pro peccato à solis masculis, iisque sacerdotibus, aut eorum filiis, comedi poterat.

VERS. 30. — HOSTIA ENIM QUÆ CEDITUR PRO PECCATO, CUIUS SANGUIS INFERTUR IN TABERNACULUM (quod habebat in hostiâ pro peccato pontificis et totius populi, ut dictum est c. 4, v. 6 et 18) NON COMEDETUR, SED COMBURETUR IGNI. Talis enim tota cremanda erat extra castra, uti jussit Deus c. 4, 12 et 21, quod etiam notat et citat Apostolus Hebr. 13, v. 11, uti dixi c. 4.

#### CHAPITRE VII.

4. Voici la loi qu'on doit observer à l'égard de l'hostie qu'on offre pour la faute commise par ignorance ou par fragilité. Cette hostie est très-sainte.

2. Ideo ubi immolabit holocaustum, mactabitur et victima pro delicto; sanguis ejus per gyrum altaris fundetur.

5. Offertur ex eâ eandem et adipem qui operit vitula:

4. Duos renuculos, et pinguedinem quæ juxta illa est, retinensque jecturis cum renuculis.

5. Et adolebit ea sacerdos super altare; incensum est Domini pro delicto.

6. Omnis masculus de sacerdotali genere, in loco sancto vescetur his carnibus, quia Sanctum sanctorum est.

7. Sicut pro peccato offertur hostia, ita et pro delicto: utriusque hostia lex una erit: ad sacerdotem, qui eam obtulerit, pertinebit.

8. Sacerdos qui offert holocausti victimam habebit pellem ejus.

9. Et omne sacrificium simile, quod coquitur in cilibano, et quidquid in craticula vel in sartagine preparatur, ejus erit sacerdotis à quo offertur;

10. Sive oleo conspersa, sive arida fuerint, cumcibus filiis Aaron mensura æqua per singulos dividetur.

11. Hæc est lex hostiæ pacificorum quæ offertur Domino.

12. Si pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerent panes absque fermento conspersos oleo, et lagana æquina meta oleo, coctamque similitam, et collyridas eadem admixtionem conspersas:

15. Panes quoque fermentatos, cum hostiâ gratiarum, quæ immolatur pro pacificis:

14. Ex quibus unus pro primitiis offeretur Domino, et erit sacerdotis qui fundet hostiæ sanguinem;

15. Cujus carnes eadem comedentur die, nec remanebit ex eis quidquam usque mane.

16. Si voto vel sponte quisquam obtulerit hostiam, eadem similiter edetur die: sed etsi quid in crastinum remanserit, vesci licitum est:

17. Quidquid autem tertius invenerit dies, ignis absumet.

18. Si quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit, irrita fiet oblatio, nec proderit offerendi: quin potius quæcumque anima tali se edulio contaminaverit, prevaricationis rea erit.

19. Caro, quæ aliquid tetigerit immundum, non comedetur, sed comburetur igni; qui fuerit mundus, vescetur ex eâ.

20. Anima pelluta quæ ederet de carnibus hostiæ pacificorum, quæ oblata est Domino, peribit de populis suis.

21. Et quæ tetigerit immunditiam hominis, vel jumentum, sive omnis rei quæ polluere potest, et comederit de hujusmodi carnibus, interibit de populis suis.

22. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

2. C'est pourquoi dans le même lieu où l'on offrira l'holocauste, on y immolera aussi la victime pour la faute dont on vient de parler; son sang sera répandu autour de l'autel comme celui des autres victimes.

5. On en offrira de même au Seigneur la queue et la graisse qui convrent les entrailles;

4. Les deux reins, la graisse qui est près des flancs, et la tate du foie avec les reins.

5. Le prêtre les fera brûler sur l'autel; c'est un sacrifice qui a cette ressemblance avec l'incensum du Seigneur, qu'il doit être tout consumé en son honneur, pour expier le péché.

6. Tout mâle de la race sacerdotale mangera de la chair de cette hostie dans le lieu saint, et non ailleurs, parce qu'elle est très-sainte.

7. Comme on offre une hostie pour le péché commis avec connaissance et de propos délibéré, on l'offre de même pour la faute commise par ignorance ou par fragilité: une seule loi sera pour ces deux hosties: l'une et l'autre appartiendra au prêtre qui l'aura offerte.

8. Le prêtre qui offre la victime de l'holocauste en aura la peau pour lui.

9. Tout sacrifice de fleur de farine quise enfil dans le four, ou quise rôti sur le gril, ou qui s'apprête dans la poêle, appartiendra au prêtre par lequel elle est offerte;

10. soit qu'elle soit mêlée avec l'huile, soit qu'elle soit sèche, elle sera partagée également entre tous les fils d'Aaron. Ils auront tous le même droit sur ces sacrifices, qu'ils offriront chacun à leur tour.

11. Voici la loi des hosties pacifiques qui s'offrent au Seigneur:

12. Si c'est une oblation pour l'action de grâces, on offrira des pains sans levain mêlés d'huile, des galettes sans levain arrosés d'huile par-dessus, de la plus pure farine, qu'on aura fait cuire, et de petits tourteaux arrosés et mêlés d'huile.

15. On offrira aussi des pains où il y a du levain, avec l'hostie des actions de grâces qui s'immole pour les sacrifices pacifiques; et ces pains seront, non pour être consumés sur l'autel, mais pour servir à la nourriture des prêtres et de ceux qui participeront à ces sacrifices.

14. L'un de ces pains sera offert au Seigneur pour les prémices, et il appartiendra au prêtre qui répandra le sang de l'hostie.

15. On mangera la chair de l'hostie le même jour, et il n'en demeurera rien jusqu'au lendemain.

16. Si quelqu'un offre une hostie après avoir fait un vœu, ou bien volontairement, on la mangera aussi le même jour; et quand il en demeurera quelque chose pour le lendemain, il sera aussi permis d'en manger.

17. Mais tout ce qui s'en trouvera de reste au troisième jour, sera consumé par le feu, afin que ce qui est saint ne soit pas exposé à la corruption.

18. Si quelqu'un mange de la chair de la victime pacifique le troisième jour, l'oblation deviendra inutile, et elle ne servira de rien à celui qui l'aura offerte; mais au contraire, quiconque se sera souillé en mangeant ainsi de cette hostie, sera coupable du violant de la loi.

19. La chair qui aura touché quelque chose d'impur, ne se mangera point, mais elle sera consumée par le feu; celui qui sera pur mangera de la chair de la victime pacifique, soit qu'il soit prêtre ou laïque.

20. L'homme qui étant souillé, mangera de la chair des hosties pacifiques qui auront été offertes au Seigneur, péra du milieu de son peuple.

21. Celui qui ayant touché à quelque chose d'impur, soit l'un homme ou d'une bête, ou généralement à toute autre chose qui peut souiller, ne laisse pas de manger de cette chair sainte, péra du milieu de son peuple.

22. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit:

23. Loquere filiis Israel: Adipem ovis, et bovis, et capræ non comeditis.

24. Adipem cadaveris morticini, et ejus animalis quod à bestia captum est, habebitis in variis usus.

23. Si quis adipem, qui offerri debet in incensum Domini, comederit, peribit de populo suo.

24. Sanguinem quoque omnis animalis non sumetis in cibo, tam de avibus, quam de pecoribus.

27. Omnis anima quæ ederet sanguinem, peribit de populis suis.

28. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

29. Loquere filiis Israel, dicens: Qui offert victimam pacificorum Domino, offerat simul et sacrificium, id est, libamenta ejus.

30. Tenebit manibus adipem hostiæ, et pectusculum: cinque ambo oblata Domino consecraverit, tradet sacerdoti.

31. Qui adolebit adipem super altare; pectusculum autem erit Aaron et filiorum ejus.

32. Armas quoque dexter de pacificorum hostiis cedet in primitiis sacerdotis.

33. Qui obtulerit sanguinem et adipem, filiorum Aaron, ipse habebit et armum dextrum in portione sua.

34. Pectusculum enim elevationis, et armum separationis tulit à filiis Israel de hostiis eorum pacificis, et dedit Aaron sacerdoti, et filiis ejus, lego perpetuâ, ab omni populo Israel.

35. Hæc est unctio Aaron et filiorum ejus in caeremoniis Domini, die quâ obtulit eos Moyses, ut sacerdotio fungeretur.

36. Et quæ præcepit eis dari Dominus à filiis Israel religione perpetuâ in generationibus suis.

37. Ista est lex holocausti, et sacrificii pro peccato atque delicto, et pro consecratione et pacificorum victimis.

38. Quam constituit Dominus Moysi in monte Sinai, quando mandavit filiis Israel ut offerrent oblationes suas Domino in deserto Sinai.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — HÆC QUOQUE LEX HOSTIÆ PRO DELICTO. Gravis hic est difficultas, quomodo distinguantur sacrificium pro peccato, et sacrificium pro delicto. *Pecatum* hebraice vocatur *chatat*; 70, *ἁμαρτία*; *delictum* verò hebr. vocatur *ascam*, Septuag. vertunt *ἁμαρτία*. Hebraice *peccatum* interpretatur esse illud quod est contra præcepta affirmativa quæ ipsi in S. Scripturâ tot esse asserunt, quod sunt ossa in corpore humano, nempe 218. *Delictum* verò esse illud quod est contra præcepta negativa, quæ ipsi tot numerant quot sunt dies in anno, videlicet 565. Utraque sigillatim enumerat Genebrard. in fine chronologie ult. editionis. Secundo, è converso S. Aug. hic quest. 20, per *peccatum* intelligit culpam commissionis per *delictum* cul-

25. Dites aux enfants d'Israël: Vous ne mangerez point la graisse de la brebis, du bœuf, ni de la chèvre, parce que c'est principalement ce qu'on offre dans les sacrifices, et vous devez vous en abstenir par respect pour le Seigneur.

24. Vous vous servirez pour divers usages de la graisse d'une bête qui sera morte d'elle-même, ou de celle qui a été prise par une autre bête; mais vous n'en mangerez point.

25. Si quelqu'un mange de la graisse qui doit être offerte et brûlée devant le Seigneur, comme un encens qui se consume tout entier en son honneur, il péra du milieu de son peuple.

26. Vous ne prendrez point non plus pour nourrir le sang d'aucun animal, tant des oiseaux que des troupeaux.

27. Toute personne qui aura mangé du sang péra du milieu de son peuple.

28. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit:

29. Parlez aux enfants d'Israël, et dites-leur: Que celui qui offre au Seigneur une hostie pacifique lui offre en même temps le sacrifice, c'est-à-dire les libations de farine, d'huile et de vin, dont elle doit être accompagnée.

30. Il tiendra dans ses mains la graisse et la poitrine de l'hostie; et lorsqu'il aura consacré l'un et l'autre au Seigneur en les offrant, il les donnera au prêtre.

31. Qui fera brûler la graisse sur l'autel; et la poitrine sera pour Aaron et pour ses fils.

32. L'épaulé droite de l'hostie pacifique appartiendra aussi au prêtre, comme les prémices de l'oblation.

33. Celui d'entre les fils d'Aaron qui aura offert le sang et la graisse, aura aussi l'épaulé droite pour sa portion du sacrifice.

34. Car j'ai réservé de la chair des hosties pacifiques des enfants d'Israël, la poitrine qu'on élève devant moi, et l'épaulé qu'on en a séparée; et je les ai données au prêtre Aaron et à ses fils, par une loi qui sera toujours observée par tout le peuple d'Israël.

35. C'est là le droit de l'unction d'Aaron et de ses fils dans les cérémonies du Seigneur qu'ils ont acquies au jour que Moïse les présenta devant lui, pour exercer les fonctions du sacerdoce.

36. Et c'est ce que le Seigneur a commandé aux enfants d'Israël de leur donner par une observation religieuse qui doit passer d'âge en âge dans toute la postérité.

37. C'est là la loi de l'holocauste, du sacrifice pour le péché et pour la faute, et du sacrifice des consécrations et des victimes pacifiques.

38. Que le Seigneur donna à Moïse sur la montagne de Sinai, lorsqu'il ordonna aux enfants d'Israël d'offrir leurs oblations au Seigneur dans le désert de Sinai.

pan omissionis. Ita et S. Greg. hom. 21 in Ezech. Hæc, ait, inter peccatum et delictum distat, quod peccatum est mala facere; delictum verò est bona derelinquere, quæ summo per se tenenda sunt. Addit S. Greg.: Vel certe peccatum in opere est delictum in cogitatione. Ita et plerique recentiores, ut Lyranus, Abul., Isidor., Clarius, Petrus Serranus. Alii aliter hæc distinguunt.

Verum dico, peccatum cum à delicto distinguitur (nam sæpè hæc duo pro eodem accipiuntur, ut patet c. 4, 5, 6), esse illud quod prudenter et scienter committitur; delictum verò quod ignoranter fit, pota per imprudentiali, oblivionem, vel etiam inscientiam, maxime juris: ut fit cum quis legem ignorat, vel ejus est oblitus.

Probatum primò, quia ita ea distinguunt Procopius hic et S. Hieron. in c. 40 Ezech. v. 59; inò et Sept. ibidem; nam hi omnes delictum vertunt, *επινομία*, id est, ignorantiam. Secundò, quia ita vertit noster interpres c. 5, v. ult., dicens: *Quia pro errore deliquit* (hebr. *ascam*) in Dominum. Tertio quia 70 hic delictum vertunt *επινομήσεις*, quod idem est ac si dicas, *πίσθησις*, id est, *præter curam*, vel *ἀπειθεία*, id est, negligentiam, uti hic nonnulli vertunt; uti fit, cum quis per negligentiam ignorat, vel obliviscitur id quod lex præscribit, quodque ipse facere debet. Quartò, quia hanc sententiam etiam affert S. Augustinus, eamque probat ex Ps. 18, 15; et Ps. 68, 6; Jacobi 4, 17. Quæ sanè loca videntur peccatum tribuere scientie, delictum ignorantie.

Dices: Quomodò ergo Moses c. 6, ult., hostiam pro culpâ pontificis, vel totius populi vocavit hostiam pro peccato, cum tamen c. 4, v. 2, 3 et 15, dixerit hanc culpam esse ignorantiam?

Resp.: Id fecit ut ostenderet peccati pontificis et populi gravitatem, ignorantiamque illorum qui legem scire debent, et facile possunt, quique alios eam docere tenentur, non habendam esse ignorantiam, sed scientiam. Adde, tam hic quam alibi sæpè peccatum cum delicto confundi, ac pro eodem sumi.

Aliter respondet Ribera l. 4 de templo c. 6, scilicet in peccato pontificis et populi de quo cap. 4, intervenire ignorantiam facti duntaxat, ut cum quis nescit, alienum esse quod capit, aut sacrum esse quod edit, aut pollutum esse quod tangit: in delicto verò intervenire ignorantiam juris, aut potius delictum vocari juris et legis oblivionem; verbi gratiâ, cum quis facit aliquid quod nescit lege esse prohibitum, aut certè legis non recordatur. Hæc responsio subtilis et probabilis est, sed probatu difficilis.

VERS. 5. — OFFERENT EX EA (hostiâ pro delicto) CAUDAM. Hæc caudâ tropologicè monetur peccator, qui lubricis affectuum motus corrigere cupit, ut huic proposito suo perseverantiam finem jungat, ait Radulp.

VERS. 6. — OMNIS MASCULE DE SACERDOTALI GENERE IN LOCO SANCTO VESCETUR (vesci poterit) HIS CARNIBUS. Propriè hostia pro delicto erat sacerdotis offerentis, uti et hostia pro peccato. Eadem enim utriusque est ratio et lex, ut dicitur v. 7. Poterat tamen offerens partem hostie commendandam dare aliis sacerdotibus, eorumque filiis masculis, non autem feminis.

Tropologicè in agendâ penitentia nihil decet esse femineum, sed forti opus est sensu et virili intentione, inquit Ischius. Viriles et heroicæ veterum penitentias lege apud Climachum gradu 5, qui est de penitentia.

VERS. 8. — SACERDOS QUI OFFERT HOLOCAUSTI VICTIMAM, HABEBIT PELLEM EJUS, quia ex holocausto, quod totum Deo comburitur, nil aliud est reliquum quod sacrificanti rependatur, nisi pellis.

Tropologicè, pellis est symbolum patientie, ut patet Job 2, 4; et Job 19, 20, que sacerdotis propria est virtus et vestis. Ita Ischius: *Si mens, ait S. Greg. l. Moral., forti intentione in Deum dirigitur, quidquid in*

*hâc vitâ sibi amarum sit, dulce æstimat: omne quod affligit, requiem putat.* Unde patiens est perfectus, qualis debet esse sacerdos. Ille enim, ait S. Greg. l. 5, c. 14, *verè perfectus est, qui erga imperfectionem proximâ impatiens non est. Nam qui alienam imperfectionem ferre non valens, patientiam deserit, ipse sibi testis est, quod perfectè necdum proficiat. Hinc in Evangelio Veritas dicit: In patientiâ vestrâ possidebitis animas vestras. Patiens ergo animam possidet, quia cunctis mentis motibus ex virtute dominatur. Et quo se laudabiliter vincit et frangit, infractum se fortiter exserit: quia cum in suis se voluptatibus superat, sese ad contraria inicitum parat.*

VERS. 10. — SIVE OLEO CONSPERSA, SIVE ARIDA FUERINT, CUNCTIS FILIIS AARON MENSURA ÆQUA PER SINGULOS DIVIDETUR, id est, æqualiter per singulos dividetur, ut habent Hebræa, Chaldaea, Septuaginta. Ita videlicet, ut cuique suus dies, suæ vires obtingant, quibus ministrans et fungens sacerdotio omnia que offeruntur, sibi vindicet, perinde ut faciunt alii sacerdotes suis vicibus. Ita optimè hæc cohercent cum versu præcedenti, quo jussit Deus mincha cedere sacerdoti offerenti. Ita Radolphus, Lyranus, Abulens. Alii, ut Ischius, hunc versum accipiunt de similia non coctâ, quasi illa fuerit omnibus sacerdotibus æqualiter dividenda; versus verò præcedentem accipiunt de similia coctâ, sive libis et panibus, qui omnes cedebant offerenti. Verum hæc distinctionem difficulter patitur nostra versio, et ipsa rei natura: nam juxta eam contrarium est convenientius, scilicet panes, ne arseant, statim in singulos æqualiter distribui: similia verò crudam à singulis offerentibus ad pensandum asservari.

VERS. 12. — COCTANQUE SIMILAM ET COLLYRIDAS; et hic sumitur pro, id est; nam similia conspersa et subacta cum est cocta, hoc est, ut habent Hebr., *fritia in sartagine*, est collyrida, sive libum frixum. Ita Chald. et septuag. Noster interpres collyridam alibi *crustulam* vocat.

VERS. 13. — PANES QUOQUE FERMENTATOS, non ut ex his aliquid inferatur altari; hoc enim vetitum est c. 2, 11; sed ut ii sacerdotibus offerantur, tanquam donaria quibus ipsi vescantur.

CEM HOSTIA GRATIARUM, QUE IMMOLATUR PRO PACIFICIS. Hebr. *cum hostiâ gratiarum actionis pacificorum ejus*: id est, cum hostiâ que immolatur in gratiarum actionem pro pace, id est, salute et beneficiis à Deo oblentis. Hostia enim pacifica erat duplex, una pro pace, id est, salute impetrandâ: altera pro eâ impetratâ, que proinde vocatur *toda*, id est, confessio, laus, gratiarum actio: unde Græci vertunt *βαρβαρὸς εὐχέων*, id est, sacrificium laudationis, quo Deus Dei-que majestas et beneficentia laudatur et celebratur: utraque harum rursùm erat spontanea vel votiva.

VERS. 14. — EX QUIBUS (panibus fermentatis) UNUS PRO PRIMITIIS OFFERETUR DOMINO, ut scilicet cedat non Deo in sacrificium, sed sacerdoti vicem Dei generati in cibum. Ceteri panes per hunc unum primum, etiam Domino oblati censebantur.

VERS. 16. — SI VOTO VEL SPONTE QUISPIAM OBULE- rit hostiam, EADEM SIMILITER EDATUR DIE. Cujus legis causa prima fuit ne quid sacri cibi contumperetur, ne, si rancida aut putrida fierent hæc carnes, vilesceret religio victimarum. Secunda, quia sacer cibus non est in penum retrudendus, sed omnibus indigentibus proponendus, inquit Philo et Theod. q. 7.

Sed cur victimam pro gratiarum actione oblata eodem die comedi debebat, ex voto verò vel sponte oblata comedi poterat die secundo? — Respond.: Quia prior gratiarum actionis dignior erat quam secunda ex voto vel sponte oblata, hoc nomine, quòd hæc eliciebatur ex voti necessitate, vel ex spe impetrandi aliquod beneficium; illa verò ex animo grato, liberali, pio, et in laudes Dei effuso promumpelbat.

Allegorica causa fuit, ut per varias figuras et obversantias idem significaretur, videlicet eodem die hujus vite consummanda et peragenda esse omnia fidei et honorum operum sacrificia, nihilque in tertium diem resurrectionis et æternitatis servandum esse. Hoc enim significat id quòd hic dicitur: *Quidquid tertius dies inveniit, ignis absorbet.* Idipsum est quod monet Sapiens Eccles. 9, v. 10, dicens: *Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare; quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu properas.* Ita Procop., Beda, Radolph., Origen. Aliquando enim omne tempus, omnisque duratio dividitur in duos dies, unum presentis vite, alterum future: aliquando in tres, per allusionem ad passionem et resurrectionem Christi, ut duo sint dies presentis vite, tertius dies sit æternitatis et resurrectionis. Rursùm Origenes et Beda per duos dies accipiunt duo Testamenta, novum et vetus, puta tempus legis mosaicæ et evangelicæ, per tertium diem accipiunt æternitatem.

VERS. 18. — SI QUIS DE CARNIBUS VICTIME PACIFICORUM DIE TERTIO CONEDERIT, IBERITA FIET OBLATIO, q. d.: Per posteriorem hanc præparationem legis hujus, quæ reservat carnes sacras in tertium diem, perdet gratiam quam priori sacrificio, et hostiâ pacificâ protulerit apud me. Unde Hebræa habent *non placebit oculi offerens.*

VERS. 19. — CARO QUÆ ALIQUID TETIGERIT IMMUNDUM, NON COMEDETUR, SED COMBURETUR IGNI. Caro, scilicet oblata Deo, que post immolationem aliquo modo pollutum, non comeditur, sed comburetur; idque ob reverentiam sacrificiorum, igne non sacro, sed profano; quia jam amplius non est caro victimæ et sacrificii, cum ab eo immunditiam rejiciatur. Dico *caro Deo oblata*, nam aliâ carne non sacrâ, etiamsi quid immundi tetigisset, licebat vesci, ut patet Deut. 12, v. 15, 22. Dico *post immolationem*, nam si ante eam cum deferretur ad altare, polluta fuisset caro victimæ, non licebat quidem eam offerre et immolare; poterat tamen ipsa in quosvis profanos usus converti.

QUI FUERIT MUNDUS, VESCETUR EX EA, non carne immundâ jam dictâ: hæc enim jussa est comburi, sed hostiâ pacificâ; videlicet si non sit polluta, sed munda

et talis qualis oblata est; de hostiâ enim pacificâ egit à v. 11 hucusque.

VERS. 20. — ANIMA POLLUTA (homo pollutus) QUÆ EDERIT DE CARNIBUS HOSTIE PACIFICORUM QUÆ OBLATA EST DOMINO, PERIBIT DE POPULO SUIS, q. d.: Homo pollutus, si ausus fuerit carnes Deo sacras comedere, Deo ultore in mortem incurret, vel in hæc vitâ presentem, vel in futurâ æternam, si videlicet sciens id fecerit: sin ignorans comederit, expiabitur sacrificio quod præscriptum est c. 5, v. 5.

VERS. 21. — ET QUÆ TETIGERIT IMMUNDITIAM HOMINIS, puta feces et stercorea: hic ergo homo tam pollutus in se, quam si quid pollutum tetigerit, arcetur esu pacificorum.

VERS. 25. — ADIPEM OVIS, ET BOVIS, ET CAPRE NON COMEDETIS, quia hæc tria sunt que Domino immolantur, unde eorum adipem nihil depono, etiamsi illa domi mactatis ad esum, patet ex v. 25.

VERS. 24. — ADIPEM CADAVERIS MORTICINI, ET EJUS ANIMALIS QUOD A BESTIA CAPTUM EST, HABEBITIS IN VARIOS USUS. Loquitur hic de adipe animalis immundi ad sacrificium, sed mundi ad esum.

Pro quo nota. Animalia munda ad sacrificia erant tria tantum jam dicta, videlicet ovis, capra et bos; animalia verò munda ad esum, præter hæc tria, erant alia septem, scilicet bubalus, cervus, caprea, tragelaphus, oryx, pygargus et camelopardalis, de quibus c. 11. Jam adipe animalium mundorum ad sacrificium, etiamsi illa non sacrificarentur, vesci omnino erat illicitum, ut dixi v. præced. Adipe verò aliorum, que munda tantum erant ad esum, si illa morticina erant, id est, spontè mortua, vel capta et occisa à bestia, vesci quoque erat illicitum, ut patet cap. 11, 51; eo tamen ad alios usus uti licebat, uti hic dicitur: aliis eorum adipem vesci licitum fuisse videtur, ut dixi cap. 5, 17. Ita Abulens.

VERS. 25. — SI QUIS ADIPEM QUI OFFERRI DEBET, puta adipem capræ, ovis et bovis, que sola offerri debent; nulla enim aliâ offerre licet. Patet ex Hebr., et Chaldaeo, qui habent: *Si quis comederit adipem pecoris, ex quo offertur oblato coram Domino, exterminabitur de populo suo*: nullum enim adipem animalis immolabilis, etiamsi actu non immolaretur, comedere poterant Hebræi; sed is totus Deo adolere debebat, si animal occideretur Hierosolymæ, ubi erat templum, de quo Deuter. 12, v. 21.

VERS. 29. — QUI OFFERT VICTIMAM PACIFICORUM DOMINO, OFFERAT SIMUL ET SACRIFICIUM, id est, LIBAMENTA EJUS, puta offerat mincha sive libamen ex similia, ut ita Deo plenum ex carne et similia, vel pane exhibeat convivium, ut dixi c. 2.

VERS. 30. — TENEBIT MANIBUS ADIPEM HOSTIE ET PECTUSCULUM: CUMQUE AMBO OBLATA DOMINO CONSECRABIT (non sacerdos, sed laicus offerens) TRADET SACERDOTI. Laxius enim erat sacrificium pacificorum præ aliis: unde et magna ejus pars partim sacerdotibus, partim offerentibus cedebat.

Oblationis hostiæ pacificæ hic erat ritus, uti tradit R. Salomon et Hebræi. Primò, sacerdos jugulabat

animal, et in partes conscindebat. Secundò, accipiebat pectusculum animalis occisi, et adipēs ejus, eoque ponebat super manus laici offerentis. Tertio, manibus hisce suas manus supponebat sacerdos, si quis eas elevabat, mox deprimebat; ac rursum transversim ducebat à dextrâ in sinistram in modum crucis, versibus quatuor mundi plagas, ut significaret Deum totius mundi esse dominum. Hic enim est ritus *templa*, de quo dixi Exodi 29, 20. Quartò, adipem cum renibus in altari Deo cremabat; mox armum dextrum et pectusculum sibi accipiebat sacerdos offerens. Denique reliquam carnem reddebat laicis eam offerentibus, qui eam comedeabant in atrio tabernaculi. Erat enim hæc comestio complementum et consummatio sacrificii pacifici, perinde ac sumptio Eucharistiae est consummatio sacrificii eucharistici. Simili modo qualibet alia victima, nupte Deo sanctificata, comendata erat in atrio templi, ut patet cap. 6, 16, et cap. 7, 6. Idem significat hæc lex et phrasîs crebrò repetita: *Epulaberis coram Domino*, id est, in atrio templi, ut patet Deuter. 12, v. 12 et 18; et cap. 14, 26; et cap. 16, v. 11 et 14; epulum enim hoc sacrum maxime fiebat ex hostiis pacificis. Audi clarum hoc de re textum Deuter. 27, 7: *Immolatis hostias pacificas, comedesque ibi, et epulaberis coram Domino Deo tuo.*

VERS. 34. — PECTUSCULUM ENIM ELEVATIONIS (quod scilicet per elevationem *templa* jam dictam, in altum est Deo oblatum), ET ARMUM SEPARATIONIS (Deo scilicet separatim, ut sacerdotibus visus Dei detur) DEDIT AARON SACERDOTI ET FILIIS EIUS. CUR EX HOSTIÀ PACIFICÀ PECTUSCULUM ET ARMUS DEXTER CESSERINT SACERDOTI, SYMBOLICA CAUSA FUIT, quòd pectusculum significat fidem, sanam doctrinam et cordatam sapientiam; armus sive brachium dextrum significat constantem secundum fidem et virtutem operationem; quibus utrisque fulgere, et populum erudire debet sacerdos. Ita Iyechinus, Radolph. et aptissime Origenes hom. 5, in fine, ubi sic ait: *Quod ergo sacerdotis pectus, aut quale? plenum sit sapientia, plenum scientiâ, plenum omni divitiâ intelligentiâ, imò plenum Deo. Quale brachium? multa sollicitudo, labor, vigiliæ, quibus convertat peccatorem, qui proinde offerat hostiam salutaris. Deo gratias agat: in quâ hostiâ pars sacerdotis efficitur pectuscu-*

## CAPUT VIII.

1. Locutus est Dominus ad Moysen, dicens :
2. Tolle Aaron cum filiis suis, vestes coram, et unctiois oleum, vitulum pro peccato, duos arietes, canistrum cum azymis,
3. Et congregabis omnem cœtum ad ostium tabernaculi.
4. Fecit Moyses ut Dominus imperaverat. Congregataque omni turbâ ante fores tabernaculi,
5. Ait: Iste est sermo quem jussit Dominus fieri.
6. Statimque obtulit Aaron et filios ejus. Cùmque lavisset eos,
7. Vestivit pontifex subneciâ lineâ, accingens eum balteo, et inducens eum tunicâ hyacinthinâ, et desuper humerale imposuit.

lum, ut sit indicium quòd pectus et cor, quod ante mala cogitabat sacerdotis labore conversum, recepit bonas cogitationes, et ita mundatum est, ut Deum possit videre; similiter et brachium indicium est, quòd mala ejus opera et sinistra convertit in dextram, ut essent secundum Deum. Et S. Greg. 2. p. Pastoral. c. 5: *Divinâ, ait, lege armum sacerdos dextrum in sacrificium accipit et separat, ut non solum sit ejus operatio utilis, sed et singularis; nec inter malos tantum quæ recta sunt faciat, sed bene quoque operantes subditos sicut honore ordinis superat, ita etiam morum virtute transcendat: cui in eoque pectusculum cum armo tribuitur, ut quod de sacrificio præcipitur sumere, hoc de seipso discat immolare, et non solum pectore quæ recta sunt cogitet, sed et spectatores suos ad sublimia arma operationis invitet: nulla prospera presentis vite appetat, nulla adversa perimetat. Quin et gentiliis Persius sat. 2. pontifices vultare superis:*

*Compositum jus, fasque animi sanctosque recessus Mentis, et incoctum generoso pectus honesto.*

VERS. 35. — HÆC EST UNCTIO AARON ET FILIORUM EIUS IN CÆREMONIIS DOMINI. Hebraicè est, de (id est, in, et in, id est, cum) unctionibus Domini, id est, oblationibus ignitis, sive igne crematis Domino, juxta ritum et cæremoniam præscriptam c. 6, 20; et fusis Exodi 29. Est hic epilogus omnium præcedentium.

VERS. 36. — RELIGIONE PERPETUA. Hebraicè sanctione, sive lege perpetua.

VERS. 37. — ISTA EST LEX HOLOCAUSTI. Sex hic sacrificiorum genera jam descripta enumerantur, videlicet primò, holocaustum; secundò, mancha sive sacrificium farreum; tertio, sacrificium pro peccato; quartò, sacrificium pro delicto; quinto, sacrificium pro consecratione sacerdotum; sexto, sacrificium pacificum. Verum, ut dixi c. 2, propriè tantum erant quatuor species sacrificii, nam sacrificium pro delicto refertur ad sacrificium pro peccato; sacrificium verò pro consecratione sacerdotum ad omnia refertur; nam in eâ omnis generis sacrificia offerebantur.

VERS. 38. — QUAM CONSTITUIT DOMINUS MOYSE IN MONTE SINAI, id est, in deserto montoso, et juxta montem qui propriè Sinai dicitur. Nam non in hoc monte, sed in tabernaculo Deum dedisse has leges Mosi, dixi c. 1, v. 1.

## CHAPITRE VIII.

1. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :
2. Prenez Aaron avec ses fils, leurs vêtements que vous leur avez fait faire, l'huile d'unction, le veau qui doit être offert pour le péché, deux béliers, et une corbeille de pains sans levain.
3. Et assemblez tout le peuple à l'entrée du tabernacle.
4. Moïse fit ce que le Seigneur lui avait commandé; et ayant assemblé tout le peuple devant la porte du tabernacle,
5. Il leur dit: Voici ce que le Seigneur a ordonné que l'on fasse.
6. En même temps il présenta Aaron et ses fils; et les ayant lavés avec de l'eau,
7. Il revêtit le grand-prêtre de la tunique de fin lin, et le ceignit avec la ceinture; il le revêtit par-dessus de la robe d'hyacinthe, mit l'éphod sur la robe;

8. Quod adstringens cingulo aptavit rationali, in quo erat DOCTRINA ET VERITAS.

9. Cidari quoque textit caput: et super eam, contra frontem, posuit laminam auream consecratam in sanctificatione, sicut præceperat ei Dominus.

10. Tulit et unctiois oleum, quo linivit tabernaculum cum omni suppellectili sua.

11. Cùmque sanctificans aspersisset altare septem vicibus, unxit illud, et omnia vasa ejus, labrumque cum basi suâ sanctificavit oleo.

12. Quod fundens super caput Aaron, unxit eum, et consecravit.

13. Filios quoque ejus oblatos vestivit tunicis lineis, et cinctis balteis, imposuitque mitras, ut jussertat Dominus.

14. Obtulit et vitulum pro peccato; cùmque super caput ejus posuisset Aaron, et filii ejus, manus suas,

15. Immolavit eum, hauriens sanguinem: et tincto digito, tetigit cornua altaris per gyrum; pro expiato et sanctificato, fudit reliquum sanguinem ad fundamenta ejus.

16. Adipem verò qui erat super vitalia, et ridiculum jecoris, duosque renuculos cum arvinulis suis, adolevit super altare:

17. Vitulum cum pelle et carnibus, et fimo, cremans extra castra, sicut præceperat Dominus.

18. Obtulit et arietem in holocaustum: super cuius caput eum imposuissent Aaron et filii ejus manus suas,

19. Immolavit eum, et fudit sanguinem ejus per circuitum altaris.

20. Ipsumque arietem in frusta concidens, caput ejus, et artus, et adipem adolevit igni,

21. Lotis prius intestinis et pedibus; totumque simul arietem incendit super altare, eò quòd esset holocaustum; suavissimi odoris Domino, sicut præceperat ei.

22. Obtulit et arietem secundum, in consecratione sacerdotum: posueruntque super caput ejus Aaron et filii ejus manus suas;

23. Quem cùm immolasset Moyses, sumens de sanguine ejus, tetigit extremum auriculæ dextræ Aaron, et pollicem manûs ejus dextræ, similiter et pedis.

24. Obtulit et filios Aaron; cùmque de sanguine arietis immolati tetigisset extremum auriculæ singularum dextræ, et pollicem manûs ac pedis dextræ, reliquum fudit super altare per circuitum:

25. Adipem verò, et caudam, omnemque pinguedinem quæ operit intestina, reticulumque jecoris, et duos renes cum adipibus suis et armo dextro separavit.

26. Tollens autem de canistro azymorum, quod erat coram Domino, panem absque fermento, et collyridam perspersam oleo, lagenamque, posuit super adipem, et arnum dextrum,

27. Tradens simul omnia Aaron et filiis ejus; qui postquam levaverunt ea coram Domino,

8. Et les serrant avec la ceinture, c'est-à-dire, avec les rubans de couleur d'hyacinthe, il y attachâ le rational, sur lequel étaient écrits ces mots: DOCTRINE ET VERITÉ.

9. Il lui mit aussi la tiare sur la tête, et sur la tiare, en l'entourant qui couvrait le front, il mit la lame d'or, consacrée par le saint nom qu'elle portait, selon que le Seigneur le lui avait ordonné.

10. Il prit aussi l'huile d'unction dont il mit sur le tabernacle et sur toutes les choses qui servaient à son usage.

11. Et ayant fait sept fois les aspersions sur l'autel pour le sanctifier, il y versa l'huile, aussi bien que sur tous ces vases; et il sanctifia de même avec l'huile le grand bassin, avec la base qui le soutenait.

12. Il répandit aussi l'huile sur la tête d'Aaron, dont il l'ignoit et le consacra;

13. Et ayant de même présenté les fils d'Aaron, il les revêtit de tuniques de lin, les ceignit de leurs ceintures, et leur mit des mitres sur la tête, comme le Seigneur l'avait commandé.

14. Il offrit aussi un veau pour le péché, et Aaron et ses fils ayant mis leurs mains sur la tête de cette victime, comme pour la consacrer au Seigneur, et la charger de leurs péchés,

15. Moïse l'égorgea, et en prit le sang; et y trempa son doigt, et en mit sur les cornes de l'autel tout à l'entour; ayant ainsi purifié et sanctifié, il répandit le reste du sang au pied de l'autel.

16. Il fit brûler sur l'autel la graisse qui couvre les entrailles, la tate du foie, et les deux reins, avec la graisse qui y est attachée;

17. Et il brûla le veau hors du camp avec la peau, la chair et la fiente, comme le Seigneur l'avait ordonné.

18. Il offrit aussi un bélier en holocauste; et Aaron avec ses fils, lui ayant mis leurs mains sur la tête,

19. Il l'égorgea, et en répandit le sang autour de l'autel.

20. Il coupa aussi le bélier en morceaux, et il en fit brûler dans le feu la tête, les membres et la graisse,

21. Après en avoir lavé les intestins et les pieds, il brûla sur l'autel le bélier tout entier, parce que c'était un holocauste d'une odeur très-agréable au Seigneur, comme il le lui avait ordonné.

22. Il offrit encore un bélier pour la consécration des prêtres; et Aaron avec ses fils ayant mis leurs mains sur sa tête,

23. Moïse l'égorgea, et prenant de son sang, il en toucha l'extrémité de l'oreille droite d'Aaron, et le pouce de la main droite et de son pied droit pour le consacrer.

24. Ayant aussi présenté les fils d'Aaron, il prit du sang du bélier qui avait été immolé, en toucha l'extrémité de l'oreille droite de chacun d'eux, et les pouces de leur main droite et de leur pied droit; et après les avoir ainsi consacrés, il répandit sur l'autel tout autour le reste du sang.

25. Il mit à part la graisse, la queue, et toutes les graisses qui couvrent les intestins, la tate du foie, et les deux reins avec la graisse qui y est attachée, et l'épau droite;

26. Et prenant de la corbeille des pains sans levain qui étaient devant le Seigneur, un pain sans levain, un tourteau arrosé d'huile et un gâteau, il les mit sur les graisses de l'hostie, et sur l'épau droite,

27. Il mit toutes ces choses entre les mains d'Aaron et de ses fils, qui les élevèrent devant le Seigneur.